HIERONYMUS
Anfang 12. Jh. Seite 20r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26327
Copyright: Admont, Benediktinerstift



denuptiis uirginem. de lege euangelium. de matrimonio
castitatem. ut appheta uirgine uirgo dn̄s & adnuntiaretur
& baptizaretur. Possumus autem de petro dicere quod habu xxv.
erit socrum eo tempore quo credidit & uxorē iam non habu
erit. Quāquam legatur in ΠΕΡΥΟΔΕΙC & uxor eius & filia.
sed nunc nobis de canone om̄e certamen ē. Et quia ad aplos
puocauit quod principes disciplinę nostrę & xp̄iani dog
matis duces uirgines non fuerint. ut eos interim conceda
mus uirgines non fuisse. neq; enim hoc preter petrum p
bari potest. nouerit hos eē aplos. de quibus esaias uatici
netur. Nisi dn̄s sabaoth reliquisset nobis semen quasi sodo
ma essemus. & similes gomorrę fuissemus. Qui ergo erant
ex iudeis. uirginitatem quā iudaismo amiserant in euan
gelio habere non poterant. Et tamen iohannes unus ediscipulis
qui minimus traditur fuisse inter apostolos ut quē
fides xp̄i uirginem reppererat uirgo pmansit. & ideo plus
amatur a dn̄o & recumbit sup pectus ihu. Et quod petrus
qui uxorem habuerat interrogare non audet illum rogat
ut interroget. Et post resurrectionem nuntiante maria
magdalene quod dn̄s surrexisset uterq; currunt ad se
pulchrum sed ille p̄uenit. Cumq; essent in naui & pisca
rentur in lacu genesareth. ihc stabat in littore. nesciebant
apli quem uiderent. solus uirgo uirginem recognoscit &
dicit petro. dn̄s est. Rursum cum post auditam sententiam
quod ab alio cingend esset petrus & ducendus quo nollet
crucis illi passio fuisset prophetata & ille diceret dn̄e qd
iste nolens iohannem deserere cum quo semp fuerat
copulatus. dicit ei dn̄s. Quid ad te sic eum uolo sic esse.
Unde & sermo exiuit in fratres illum discipulum non